

talem veritatem habere independentem à quocumque eius decreto etiam conditionato in actu posito. Adversarii ipsi fatentur; & aliquo modo ista causalitas esse vera, & ideo Deus vult hoc futurum, quia peccatis, & antecedentem voluntas creata vult hoc ipsum esse futurum; unde Deus, si non in re ipsa, saltem in modo agendi, & determinandi effectus futuri intervenit causae secundae liberae haberet rationem secundi liberi, & non primus amplius mox declarabimus. Tum quia Doct. ibi non dat facultatem, ut illam scientiam admittamus, vel negemus, sed quod praedestinatio sit ante, vel post praevisionem meritum absolutam, quorum utrumque sustineri potest negata scientia media, ut patet disp. 5. q. 2. n. 52. & 53.

114. Dandum est itaque scientiam mediam, ut ponitur à Recentioribus, esse non posse sufficientem, ad primam omnino rationem; unde divinus intellectus certam noticiam habeat eventus liberi à voluntate creata futuri. Hec conclusio est Scoti loc. cit. quam tenent omnes Thomistae, & Scotistae, exceptis tribus citatis. Vulpes disp. 36. cit. art. 7. & seq. & disp. 31. per totam. Smaifinch. tract. 3. disp. 2. quaest. citat. Sghemma 2. Phys. digress. 13. quaest. 3. & ceteri antiquiores incunctanter docentes certitudinem quorundamque futurorum contingentium haberi ex decreto divinae voluntatis, & ante illud à divino intellectu attingi praecise sub ratione mere possibilium, & pluribus rationibus probatur à praefatis Scotistis, quibusdam tamen inefficacibus; & facile solubilibus, ut nunc ostendo.

Primum probatur à Vulpio disp. 30. art. 7. n. 5. nihil determinat futurum esse potest nec immediate à Deo, nec intervenit causam secundam, quia determinat velit Deus illud fore; ergo nihil certo cognosci potest, ut determinat futurum, quin prius in re ponatur liberum decretum divinae voluntatis, quod determinat velit illud futurum, atque adeo ante omne divine voluntatis decretum nequit certo scire intellectus divinus, quid determinat esse futurum liberum arbitrium Petri, si in aliquo rerum ordine determinat cum certis circumstantiis poneretur, patet antecedens, cum nihil à causis secundis in tempore re ipsa fieri possit, quin Deus cum eis concurrat determinat ad illud efficiendum pro sua voluntate; probatur sequela, sicut enim non est factus causis secundis, ut re ipsa agant, quod praecise in aliquo rerum ordine determinat concurrant, sed etiam requiritur, ut Deus determinat concurrat, ut cum eis ad hunc, vel illum actum in particulari, ita certo cognosci nequit effectus determinat futurus ex eis in illo rerum ordine constitutis, quin cognoscatur etiam decretum determinatum divinae voluntatis, quia eventus potest, ut causa sit constituta in ordine rerum determinat ad alium effectum in particulari efficiendum, & nihilominus si Deus non adhibeat suum concursum determinat, effectus ille simpliciter non evenit, ut constat de igne Babylonico apud Danielem, qui erat sic dispositus, ad pueros comburendos, ut nihil ex eis necessario requisitis in ordine causarum secundarum defuerit, & nihilominus pueros illos non combussit.

Hae ratio bene incipit, sed male definit, adeo ut de ea dici possit illud Poetae: definit in piscem mulier formosa superne; non enim Adversarii dicunt, divinum intellectum per scientiam mediam certo praescire, quid voluntas sit mea voluntas, si in tali rerum ordine, & cum talibus circumstantiis ponetur, absolute loquendo, sed supposita hypothese, quod vellet cum ea concurrere ad talem actum conditionat futurum, quare licet ex parte divinae voluntatis non supponatur decretum re ipsa in actu positi, supponitur tamen ex hypothese, quod divina voluntas velit cum mea voluntate concurrere, neque habeat concursum negatum ad talem actum, in quo divinus intellectus videt illa inclinaturam in tali ordine rerum, & cum talibus circumstantiis; unde non est ad propositum, exemplum illatum de igne Babylonico, quia habuit concursum negatum ad suam actionem exercendam; dicent ergo Adversarii, ut Deus cognoscatur per scientiam mediam ante quodcumque divine voluntatis decretum re ipsa positum sive absolute, sive conditionat, quid mea voluntas sit facta in tali ordine rerum posita, & cum talibus circumstantiis, sufficere, quod supponatur Deus non velle ei denegare concursum, sicut denegavit igni Babylonico; quare, ut hoc argumentum concludat, ultimus probandi debet non sufficere talem hypothese, aut concursum paratum, sed opus esse, ut tale decretum conditionatum re ipsa ponatur, si esse, adeo ut conditio purificetur ex parte actus divini, & solum remaneat conditio ex parte objecti, id est, opus esse, ut dicat Deus, volo cum Petro concurrere ad talem actum, si ponatur in tali rerum ordine, & cum talibus circumstantiis; hoc enim probando argumentum erit efficax, ut nos mox deducemus.

115. Secundo probat ibidem, quam rationem rursus replicat infra art. 8. num. 12. liberum arbitrium, cum sit suprà natura indeterminate, in quocumque rerum ordine constitutur et

quibusvis circumstantiis, & auxiliis remanet semper indifferens, & quamvis ex vi auxiliorum sit magis ad unum oppositum, quam ad alterum inclinatum, absolute tamen ex propria libertate innata id efficere potest, ad quod non inclinatur ab auxiliis sibi exhibitis in determinato ordine rerum; ergo effectus in eo non habet, nisi esse omnino indifferens, & indeterminate, ideoque non videtur, quomodo intellectus divinus exerj effectum determinat futurum ab eo in ejusmodi ordine rerum constituto, cum effectus nequeat cognosci, nisi secundum esse, quod habet in eo. Neque haec ratio convincit, non enim dicunt Adversarii, per scientiam mediam ante quodcumque decretum divine voluntatis attingi effectum absolute, vel conditionat futurum secundum esse, quod habet in causa sic, vel sic disposita, nam talis cognoscendi modus futurae contingentiae pertinet ad secundum modum relati supra in preced. art. n. 74. & ibi refutatur, non vero ad praesentem, juxta quem dicunt, divinum intellectum ex eminentia suae scientiae attingere futura contingentia tam absolute, quam conditionate secundum determinatum veritatem, nunquam habent in causa proxima, quia re vera nullam talem habent, ut nobiscum tenent Adversarii contra Thomistas, sed secundum eam, quam habent in seipsis, cum ponuntur in esse à causa proxima in aliqua determinata temporis differentia juxta explicationem datam in quinto modo cognoscendi futura relato preced. nu. 98. & huic, quem modo impugnavimus, omnino affini, vel identico; quamvis enim futura conditionata nunquam absolute futura in seipsis pro aliqua temporis differentia, secundum quod esse reale possunt ab aeterno esse objective praesentia divino intellectui virtute sua tempora praecedunt, tamen verè, ac realiter ita futura esse, si purificetur conditio, non enim futurum conditionata sunt entia mere possibilis, de quibus solis dici potest, nullum habere esse nisi in causis, sed sunt vera aliqua ratione in seipsis futura, nempe si poneretur conditio; atque, ita sicut sunt entia futura in seipsis sub conditione, ita dici possunt habere aliquid esse in seipsis sub conditione, & secundum tale esse possunt subdi per certitudinem divinae scientiae, licet non secundum esse, quod habent in causa libera; ita respondent Fasol. q. 14. ar. 13. dub. 13. n. 248. & n. 256. & dub. 17. n. 415. Pennotus lib. 3. propugnaculi cap. 30. n. 5. & 8.

Tertio probat Sghemma loc. cit. ubi etiam duas praecedentes rationes cum multis aliis restringit suo concilio, & laconico stilo, urgens argumentum, quod valde solet à Thomistis exaggerari; si non praesentem, quin prius videtur Deus, quid fit actus voluntatis creatae, eis subesse, ac subordi, inactur illis; nam expectat determinationes earum, inquireret, quid ipse vellent nec ipse faceret, ut faceremus, sed nos faceremus, ut ipse nobiscum faceret, & sic perventur ad cause primae, & secundae. Ad hoc argumentum vult respondere Fasol. dub. 17. cit. nu. 417. & Pennotus lib. 3. c. 30. cit. n. 8. & summarè dicitur duplex esse decretum in Deo; aliud, quod dicitur causis secundis producere ordinis liberi, & semper suum concursum habere paratum in actu primo ad utramque contradictionis, seu contrarietatis partem; aliud verò, quod decernit cum singulis illis ad hunc, vel illi actum concurrere in actu secundo, qui dicitur concursus exhibitus; primum decretum est omnino antecedens actionem nostras, secundum est concomitans; quo posito ad argumentum negant consequentia cum consequente, nam cum illo antecedente adhuc benè stat, quod Deus sit causa prima, & ad actus nostros concurrat quoque, per modum cause primae; primo, quia dat esse voluntati huic liberè; secundo, quia dat illi vim agendi, & in eis tunc esse, tum vim agendi conservat; tertio, quia per suum concursum paratum efficit, ut dicantur proximè liberae in actu primo, ita ut possint omnibus ad agendum praerequisitis possunt agere, & non agere, defectu cuius concursus ad opposita parati cause naturales positis omnibus ad agendum praerequisitis non possunt non agere; quarto tandem, quia Deus est causa actuum liberorum per suum concursum, quo cum ipsa voluntate simul tempore, & natura eundem numero actum producit, ita idè actus totus totalitate effectus sit simul à Deo, & ab humana voluntate, & hoc sufficit, ut dicatur Deus huic liberè voluntati subesse, ac subordinari, sed è contra, & ut ipse dicatur facere, ut nos faciamus, non verò è contra, si enim Deus nobiscum non concurreret, seu non praebet concursum exhibitum, non nihil faceremus, & si semper non haberet in promptu concursum paratum ad opposita nec aliquid faceremus, nec aliquid facere possemus, cum tale decretum spectat ad actum primum.

Neque obstat, liberam determinationem voluntatis creatae à Deo praevideri sub conditione, ut inde absolute decernat velle secundum concurrere, quia hoc non facit ex indigentia, aut dependentia ab illa, sed potius id facit ex indigentia humanae voluntatis.

voluntatis; ut in agendo ejus libertas conservetur; neque id est proprie expectare accipiendo expectationem, ut imperfectiorem, sicut dicimus ignem expectare combustibile, ut illum comburere possit, alioquin vocabulum ipsum *expectandi*, in quo Thomista tantum vim faciunt, Deo expresse tribuitur in Sacra scriptura respectu humane voluntatis, ut notat Fasolus dub. 11. nu. 149. *Expectavi, ut vinea mea faceret uvas, fecit autem labruscas, expectavi, ut faceret iudicium, & ecce iniquitas*; *Isaia 5. & cap. 30. Expectat Dominus, ut misereatur nostri* idem loquendo de actibus malis absolute concedendum est, Deum facere, quia nos facimus, & Deum velle istos actus, quia homo illos vult, quia ipse de se separatissimus est in illum actum non inducet, sed in alium bonum, si in hunc, & non in illum inducere vellet creatura, ut dicebat Scotus quoque supra cit. 2. d. 37. §. ad solutionem istorum.

117. Hoc idem argumentum, eisdemque verbis urget contra scientiam mediam Vulpes disp. 30. art. 9. nu. 6. in enim per eam praevideret, inquit, quid sit factura humana voluntas in hoc, vel illo ordine rerum constituta, antequam decerneret, quid sit absolute factura, tunc agendo cum causis secundis eis revera subordinaretur, quia in praesentibus effectibus expectaret eam determinationem, nec ipse faceret, ut faciamus, ut docet Sacra Scriptura, sed potius nos faceremus, ut ipse nobiscum faceret, quod est error in fide. Miror tamen in hoc argumentum, tum audacter ab Auctore isto in Recentioribus torqueri, nam cum hoc idem argumentum sibi objiceret, art. 8. nu. 19. contra concomitantiam decreti hoc modo, vel Deus ab aeterno vult, aliquid me velle in tempore, quia id sum ipse voluitur, pro mea innata libertate, idque Deus praevicit; vel è converso ipse sum aliquid voluitur, quia Deus ab aeterno voluit, me illud velle, utrumque dici nequit, tunc enim voluntas divina subordi voluntati creatae, quod est contra ordinem causarum, ergo secundum est dicendum. Respondet primum membrum argumenti esse verum, non ob id, quia Deus praevicit, ut assumitur, sed quia virtualiter, eminenterque creatam voluntatem secundum totam ejus virtutem, & differentiam in modo agendi Deus continens ex infinitate suae voluntatis coincidit in eandem determinationem cum illa; nec inde sequitur voluntatem divinam nostrae voluntati subordinari; tum quia absolute Deus se solo agere potest, quicquid agit cum causis secundis, tum etiam quia ex liberalitate sua tantum se esse accomodat cum causis secundis, ut sicut in tempore nihil agit sine eis circa effectus suos proprios, ita ab aeterno simul cum eis, & non sine eis illos praesentat. Ita ibi respondet Vulpes, & bene; sed quod non videt assertores scientiae mediae eodem profus modo respondere posse, ut de facto respondent, eidem argumento contra eorum sententiam objecto; nisi dicatur hanc responsonem in ore Vulpes valere ad solutionem argumenti, non autem in ore Recentiorum, quare concludo argumentum illud leve esse momenti, potius seque, ac debuisse Vulpem praesertim ab eo abstinere.

118. Quarto arguit Smaifinch. q. 5. cit. nu. 153. assertores namque scientiae mediae in hoc fundantur, quod creatum arbitrii prius se determinat ad actum liberum, quam Deus determinet concurrere ad illum, ideoque voluntas concurrere ex parte Dei supponat praescientia conditionatam concursus arbitrii creati, quo supposito sic arguit, perfectissime scientiae Dei non potest obijci unum eorum sine altero, quod solum distinguuntur ratione, at concursus arbitrii creati, & concursus Dei solum distinguuntur ratione; ergo concursus arbitrii creati non potest obijci perfecte scientiae Dei, nisi per eandem scientiam concursus Dei intelligatur; utraque praemissam à scientia mediae assertores admittere; major ratio est, quia hinc docet, Deum non fingere distinctiones rationis, id est non concipere, tanquam distincta, quae nostra solum imperfecta ratio distinguit, quia divina cognitio non possit non esse perfecta, & distinctissima, sentiunt ergo, ea non posse distingui, & seorsum intelligi à Deo, quae sola ratione distinguuntur etiam cum fundamento in re; minor etiam ab eisdem admittitur, ut ex sua Molinae, & aliorum scientiae mediae assertorum notavit Lessius in disp. apolog. cap. 10. nu. 8. & 13. ex his ergo sequitur manifeste interta conclusio, non posse Deum cognoscere concomitantem arbitrii creati sub conditione, antequam cognoscatur concursus arbitrii, ut futuris sub eadem conditione ex divinae voluntatis decreto, nam si Deus non distinguit que non sunt in re distincta, & concursus arbitrii creati à concursu Dei in re non est distinctus, planè nequit discerni unum concursum ab alio distinguere, neque unum ab alio seorsum, & distinctè cognoscere. Hinc postea deducit Smaifinch. illa eodem quaest. in fine nu. 170. nullum esse fundamentum concordiae libertatis creatae cum efficacia gratiae ex tali scientia media deductum tale fundamentum praecise consistit in distinctione ratio-

nis concursus creatae voluntatis, & concursus divini, ratione cuius à Deo praevideri unus sine altero, quia distinctionem non considerata statim dissolvitur concordia efficaciae gratiae, & libertatis creatae.

Sed haec quoque ratio, esto aliquam praesferat efficacitatis apparentiam saltem ad hominem, tamen nequissimè, neque ad hominem convincit si bene perpendatur, non quidem simpliciter, quia secundum veritatem falsum est, concursum creatae voluntatis, & concursum Dei ad eundem effectum esse eundem omnino influxum à parte rei, ut docet Scotus 4. d. 12. quaest. 1. R. ubi vult, effectum creatum alia dependentia dependente à Deo causa prima, & alia dependentia dependente à causa creata secunda, haec autem dependentiae diversitas ex parte effectus arguit necessitatem distinctionem realem influxuum ex parte causarum primae, & secundae, ut dicemus disp. de concursu Dei cum causis secundis in 2. sent. quod etiam plures concedunt ex assertoribus scientiae mediae, unde Pennotus lib. 3. cap. ult. n. 9. ait, aliam esse realiter causalitatem causae primae, & aliam secundae, nisi confundere velimus actionem incretam cum creatae, & creaturam cum Deo; Sed concessa etiam sola rationis distinctione inter concursum causae primae, & secundae ab Adversariis, ut contenti Smaifinch. argumentum adhuc eos non convincit, nam & ipsi quoque, utro concedunt, non posse Deum cognoscere concursum arbitrii creati sub conditione, antequam cognoscatur suum decretum, ut futuris sub eadem conditione, si voluntas creata operari voluerit, unde licet asserant Deum per scientiam mediam praevidere, quid mea voluntas sit volitura in tali rerum ordine posita, ante ullum decretum actus, & realiter existens, seu subjective in voluntate divina, actum tamen, tale decreti praevicere, ut objective existens in intellectu divino, ut est videtur apud Fasolum q. 14. ar. 13. dub. 14. nu. 267. & Amicus disp. 12. sect. 12. n. 217. ubi ait, nulli effectum creatum praevideri posse sub conditione futurum, nisi dependenter ab alio decreto Dei objective saltè existente in mente divina, atque adeo nullum effectum creatum praevideri posse ante decretum Dei; ex quo patet, ipsos non concedere, quod Deus in praevisione futuri consensus conditionati videat concursum voluntatis creatae sine concursu divino sub eadem conditione futuro.

Quinto igitur efficacius arguitur, quia si futura conditionata antecedenter ad decreta divina circa illa, id est ante eorum realem, & subjective existentiam in voluntate divina, haberent esse determinatum, ratione cuius essent certo cognoscibilia à Deo, vel haberent tale esse à seipsis, vel ab aliqua causa extrinseca; non primum, quia eis non convenit determinata futuritudo intrinseca ex propria natura, sic enim non essent contingenter, sed potius naturaliter necessitate futura; si primum, vel talis causa sit causa prima, vel secunda, non secunda, quia causa proxima est indifferens, & indeterminata in quocumque rerum ordine constitutur, tum quia cum causa secunda operari nequeat sine subordinacione ad primam, sicut nequit intelligi actu operans sine prima causa secum cooperante, ita nequit intelligi actu operari sine actuali decreto primae cause, quo vel ei cooperari, si verò futurum conditionatum habet esse determinatum à prima, clarum est, id habere non posse nisi per actuale decretum subjective existens in divina voluntate. Conf. quia implicat, effectum contingentem esse praesentem, nisi per dependentiam ab aliqua causa; ergo etiam esse futurum sine aliqua tali dependentia, cum idem sit esse rei praesentis, & futura; ergo si futurum conditionatum esse effectus determinat futurus licet sub conditione, ante decretum Dei re ipsa existens, hoc haberet praecise ex sola determinatione cause secundae, quod implicat, quia sicut ob essentiali subordinacionem ad primam nequit operari sine actuali concursu Dei, & exhibitio, nec sufficit paratus concursus, quia hic spectat tantum ad actum primum, sed requiritur concursus re ipsa exhibitus, ita nequit se determinare ad operandum, nisi fecerit, ut si co-determinet causa prima, nec sufficit decretum paratum ex parte Dei, quia tale decretum spectat ad actum primum, ut nempe voluntas creata dicatur proximè poens se determinare ad actum, nec sufficit, ut dicatur, vel dici possit, actus determinat, in quo statu ponitur praevideri ab Adversariis ante decretum actualiter positum à divina voluntate.

Respondent Fasolus, Amicus loc. cit. & alii Neutralis, quos ex nostris sequitur Poncius disp. 5. num. 28. argumentum cum confirmatione probare tantum, futura conditionata habere quidem determinationem, & esse futuri à decreto divino, non tamen actu existente in Deo, seu subjective in divina voluntate, sed quod esset, si conditio talis futuri conditionati poneretur in esse, hoc enim decretum ut objective representatum divino intellectui, est causa determinationis, seu veritatis determinatae.

nar: quod habet futurum conditionatum ante omne decretum in Deo realiter preexistens; & hoc dicunt sufficere, ut futura conditionata dicantur a voluntate Dei pendere. Hac tamen responsio Recentiorum communis, & frequens facile eliditur, quia causa in actu, & effectus in actu simul sunt, & non sunt ex 2. Phis. sed futurum conditionatum esse futuri conditionati est effectus in actu, id est, actu habet ab eterno, & per totam aeternitatem futurum conditionatum, & non possibilem tantum; ergo ab aliqua causa presenti, & actu existenti realiter, & non objective tantum, aut possibili, vel futura debet habere determinationem futuri conditionati; ergo non sufficit dependentia a decreto: ex hypothesi, quod scilicet esset, si poneretur conditio tali futuri, sed debet antecedenter ad talem futurum conditionatum poni decretum reipsa existens, & subjective in voluntate divina, & non tantum objective in divina mente. Tum quia decretum conditionatum non actu existens in Deo, sed quod esset, si conditio futuri conditionati poneretur in re, non est sufficiens dare determinationem futuro conditionato, quod est ab eterno; ergo, ut det illam, poni debet actualiter existens, consequentia patet, probatur assumptum, quia tale decretum, quod dicitur sub illa hypothesi, quod poneretur ex parte actus divini posita conditione ex parte objecti, semper est nihil in re, etiam si ponatur habere esse objective in divino intellectu, ergo, ut sic nequit insinere futuritionem, & determinatam veritatem in futurum conditionatum. Tum quia si futurum conditionatum posset accipere futuritionem, & determinatam veritatem a decreto conditionato, quod actu non est, nisi objective, sed esset, si conditio illam poneretur in re, idem pariter dici posset de futuro absoluto in ordine ad futuritionem absolutam, quod nempe illam habet antecedenter ad decretum absolutum in Deo existens, & subjective in divina voluntate, & tantum dependet ab eo objective existente in divino intellectu, & postea futuro realiter in voluntate; sicut ergo fatentur etiam ipsi Adversarii, hoc esse impossibile de futuris absolutis, quod nempe rationem futuri habeant ante decretum in Deo actualiter existens, per solum ordinem ad decretum a voluntate deinceps futurum; ita pariter fateri debent de futuris conditionatis, quod presupponant in divina voluntate aliquod decretum actu existens, a quo accipiant determinatam futuritionem, & veritatem, nec sufficere decretum, quod esset, si poneretur conditio talis futuri conditionati. Conf. quia nullus effectus transire potest a statu pure possibilis ad statum futuri, etiam sub conditione, nisi per aliquam determinationem actu existentem in Deo; ergo nullus effectus cognoscitur potest, ut futurum ante actuale decretum Dei, consequentia patet, quia si ante decretum non habet esse futurum, ergo neque ut tale est cognoscibile; probatur assumptum, quia divina voluntas aliter comparatur ad futurum, sive absolutum, sive etiam conditionatum, quam ad purum possibile; ergo non nisi per aliquam determinationem; patet antecedens, sequela probatur, quia divina voluntas de se omnino indifferenter se habet circa fore, vel non fore etiam conditionate alicuius rei; ergo manente divina voluntate sub hac indifferentia effectus non magis habet rationem futuri, quam non futuri, sed sicut intra ordinem possibilem.

Respondet Amicus sect. 22. citat. nu. 333. ad hanc ultimam confirmationem concedendo antecedens de transitu puri possibilis ad futuritionem absolutam, non autem ad conditionatam, nam prior transitus est subjectivus ponens subjectivam mutationem in reipsa, que ex possibili transit in futurum per exercitum existentiam, qui transitus fieri nequit sine decreto actu existente in Deo; posterior vero est tantum objective ponens solum mutationem objective in re, que ex possibili transit in futurum sub conditione, que mutatio fieri potest per solum objective transitum sub conditione tantum ponendum; quamvis ergo manente divina voluntate indifferente subjective, & objective, remaneat effectus semper infra ordinem possibilem, manente tamen indifferente subjective, determinata vero objective, ex vi talis objective determinationis per intellectum representatam transit effectus de ordine possibilem ad ordinem futurorum conditionatorum; quod si effectus transire quoque deat ad ordinem futurorum absolutorum purificata conditione antecedenti, planè opus est, quod divina voluntas non tantum objective, sed etiam subjective determinata sit per decretum efficace in ipsa actu existens, que responsio applicari quoque potest aliis argumentis ultimam confirmationem precedentibus.

Verum hæc disparitas ab Amico assignata inter futura absoluta, & conditionata nulla est, saltem namque est, quando possibile transit ad futuritionem absolutam, subire mutatione

aliquam realem, & subjectivam in seipso, tam enim nihil est in seipso ab eterno futurum absolutum conditionatum, nam licet illud ordinetur ad exercitum existentiam ab eterno, non tamen pro eterno habendam, sed pro determinata temporis differentia, in qua solum subit mutationem subjectivam, & realem; itaque ab eterno tam futura absoluta, quam conditionata transeunt de statu possibilitatis ad statum futuritionis solum suscipiunt mutationem objective eorum nature, & conditionis proportionatam, ut dictum est universaliter de omnibus disp. 2. quaest. 3. num. 184. quandoquidem mutationis subjectivæ, & realis sunt omnino incapacia; ergo quantum ad hoc nullum est discrimen inter futura absoluta, & conditionata, nisi quod absoluta ex vi transitus ita mutantur objective, ut ad existentiam absolutam habendam in tempore ordinentur, conditionata vero ad existentiam habendam sub conditione; sicut ergo futura absoluta nequeunt fundare ordinem ad existentiam realem in tempore habendam sine aliqua causa determinante illa ad talem existentiam, cum ex se, & ab intrinseco indifferenter sint ad fore, & non fore, & talis causa ponitur esse decretum absolutum divine voluntatis reipsa existens, & prius tali futuritione; ita pariter futura conditionata fundare nequeunt ordinem ad existentiam realem in tempore habendam sub conditione sine aliqua causa determinante illa ad talem existentiam, & hoc erit decretum conditionatum reipsa existens, realiter, & non objective tantum eorum futuritionem antecedens; probatur consequentia, nam idem, Adversarii admittunt futura absoluta pendere in sua futuritione a decreto Dei absolute actu existente, & non objective tantum, quia ex vi talis futuritionis ordinatur ad realem existentiam in tempore habendam, que nequit poni in esse nisi volente Deo, ut prima causa; cum ergo etiam existentia conditionata futuri sit realis, licet a conditione dependens, quandoquidem talis conditio eius realitatem non destruat, oportet ejus assignare causam aliquam realem, & actualem, que illud ab eterno ad talem existentiam ordinaverit, cum talem ordinem ex sua innata natura non habet, & hoc aliud esse non potest, quam decretum conditionatum, ne dum objective divino intellectui represententur, sed actu, & subjective in divina voluntate existens, probatur hæc ultima consequentia; quia causa debet esse effectui proportionata, sed causa solum objective existens, non est sufficiens ad ponendam realem, & actualem existentiam effectus; cum ergo futurum conditionatum in tali esse sit effectus in actu, quatenus actu habet per totam aeternitatem suam futuritionem, conditionatum, & non possibilem tantum, planè admittere oportet decretum conditionatum in divina voluntate actu existens, ut ejus causam, & non objective tantum in intellectu divino; & debet esse decretum in actu positum, non autem postea ex conditione ponendum, quatenus effectus in actu præcederet suam causam, constat ergo per hæc præexistentiæ objective decreti Dei, quod realiter esset, si conditio se tenens ex parte objecti poneretur in esse, non sufficienter salvari omnem effectum creatum etiam conditionaliter futurum, essentialiter pendere a divina voluntate, ut præterunt Fasol. dub. 17. cit. num. 416. & Amicus sect. 12. nu. 317.

Deinde absolute falsum est, Deum præcognoscere suum decretum, priusquam sit positum in esse, quia futurum in posteriori signo, ut ex Adversariis etiam docet Molin. p. 1. q. 14. art. 3. disp. 17. Vasquez disp. 6. n. 25. Arriaga disp. 47. cap. 4. Arriaga disp. 20. sect. 6. & Averfa sec. 10. & Monceus disp. 3. cap. 17. ergo hæc præexistentiæ objectiva divini decreti, ut ab eo sic objective præexistente dicatur pendere futurum conditionatum in suo esse, est omnino ficticia, & chimerica; assumptum fusc probat Smilinch. q. 4. cit. ad nu. 93. sed breviter probatur, quia futurum non dicitur respectu prioris, & posterioris secundum rationem tantum, aut secundum ordinem naturalis presuppositionis, sed præcisè secundum ordinem durationis, quod vel ex ipsi naturalibus exemplis satis de se constat; licet enim secundum naturalem presuppositionem prius sit ignem esse calefactivum, quam calefactientem, hæc tamen non censetur prioritas præteriti ad futurum, & licet in divini prius origine, vel natura producatur Filius, quam Spiritus Sanctus, non tamen in eo priori signo dicitur Spiritus Sanctus futurus, & à Patre præcognoscitur futurus in posteriori signo; ergo pariter in proposito licet Deus sit prius natura volentis, quam voliturus, & prius intelligatur Deum posse velle, quam actu velle, non sequitur, quod in eo priori signo præcognoscatur decreta sua in posteriori signo ponenda, tanquam futura, ut contendit Suarez lib. 2. de scientia cap. 8. n. 5. sed tantum, ut ponibilia, & possibilis; Tum quia ut aliquid in uno instanti intelligatur determinate futurum, debet intelligi jam in eo instanti habere esse determinatum ad futuritionem, nec talis determinatio ha-

123
124
125
beri

beri potest, nisi habeat aliquam causam determinativam talis futuritionis, sed in illo instanti rationis, pro quo intelligit Deus, se posse velle aliquid in posteriori signo creaturas fore absolute, vel conditionate, nulla adhuc habetur causa determinativa neque futuritionis eorum, neque decretorum ad eas terminabilem; ergo in eo signo rationis nequeunt attingi decreta divine voluntatis, ut futura, sed tantum, ut possibilis, & ponibilia; Tum quia si ante actualem decretorum positionem attingeret Deus decreta sua, ut in posteriori signo ponenda atq; futura, tunc etiam in eo signo cognosceret omnes creaturas tam conditionate, quam absolute futuras per talia decreta ponenda, quod tamen Adversarii non concedunt, neque concedi potest de creaturis absolutis futuris, quia hæc non cognoscuntur, nisi post actualem decretorum positionem; consequentia probatur, quia decretum cognoscitur nequit sine determinatione ad creaturam possibilem, que ex ejus virtute determinatur ad existentiam in tempore absolute, vel conditionate, ergo præcognitis decretis, antequam ponantur, & inde consequenter etiam creaturæ future medum conditionate, sed etiam absolute, quod & ipsi negant, quod argumentum tangit Suarez cit. nec solvit.

Fasolus dub. 17. cit. nu. 337. ut respondeat ad argumentum positum n. 121. ex illa paritate, quod si decretum absolutum præcedit effectum absolutum, ita decretum conditionati debet præcedere effectum conditionatum; aut si hic non est talis præcessio necessaria, neque ibi, affert hæc disparitatem, quia esse decretum absolutum præcedat effectum absolute futurum, non destruit libertatem, quia tale decretum est concomitans, eum supponit previsionem, quod Petrus consentit, si in tali eorum ordine vocaretur, atque idem absolute præsumens talem consensum futurum post talem previsionem, non tollit libertatem Petri, quia tale decretum non antecedit usum libertatis Petri, planè cum non præsupponat consensum Petri futurum, potest causa consensus futuri Petri, etiam quatenus liberis; Sed si decretum conditionati præcederet consensum conditionatum Petri conditione se tenente solum ex parte objecti, ita quod diceret, volo, ut Petrus consentiat, si cum talibus auxiliis vocabatur, & scientia conditionata sequatur tale decretum, planè cum non præsupponat consensum Petri futurum, antecedente aliquo modo neque absolute, neque sub conditione, tollit libertatem Petri; cum omnino præveniat usum libertatis ejus, unde non poterit dici decretum concomitans, sed omnino antecedens; Ad aliam Confirmationem sub eodem num. 126. positam aliter divina voluntas comparatur ad futurum sive absolute, sive conditionate, quam ad purum possibile, & non nisi per aliquam determinationem, respondet dub. 17. n. 27. effectum conditionate futurum respectu causam primam, ut concurrere volentem non absolute, & determinate, sed conditionate, & indeterminate v. g. Tyrionum libera conversio futura sub conditione, quod apud eos facta essent miracula, que facta fuerunt apud Hebræos, respicit primam causam, non inquantum actu vult concurrere, sed inquantum si velle concurrere concurret parato, & indeterminate ad utrumlibet, scilicet ad conversionem, vel ad ejus oppositum, futura esse conversio; & idem nu. 416. universaliter inquit: effectus liberis conditionate futuros causari à præcedenti decreto Dei conditionato non solum ex parte objecti, sed etiam ex parte actus v. g. quod Petrus consentiret, si in tali eorum ordine poneretur, & si Deus offerret ei concurret paratum ad utrumlibet, quod quidem decretum antecedit nostram determinationem, secundum quod conditionatum, & indeterminate, sicut, concomitatur autem, vel potius consequitur eandem determinationem, secundum quod absolute, & determinatum est ad alteram partem.

Ceterum hæc solutio principium petri, & difficultatem argumenti non solvit, nam argumentum petitur assignetur causa, unde futurum conditionatum accipiat suam futuritionem, ac determinatam veritatem, nam sicut hæc non ponitur in futuro absolute sine causa illud determinante ad futuritionem, ita proportione servata non debet poni in futuro conditionato sine causa conditionate illud determinante ad talem futuritionem; dicere autem, talem causam esse non posse decretum, aliquod conditionati actu positum, ita quod conditio solum se teneat ex parte effectus, vel objecti, quia tale decretum tolleret libertatem, cum esset penitus antecedens usum nostræ libertatis, quod incommodum non sequitur de decreto absolute respectu futuri absolute, sic (inquam) responderi esse difficultate subterfugere adducendo inconveniens, & minime assequendo causam determinatam futuritionis, & veritatis futurorum conditionatorum, que in argumento querebatur, adducere autem inconveniens non est solvere; Tum quia artic. 9. ostendimus, quod sicut decretum absolute est concomi-

tans respectu futuri absolute absque aliqua ejusdem previsionem per scientiam mediam ex sola eminentiali, & virtuali continentia voluntatis create in divina secundum omnem ejus volendi modum; ita quoque decretum conditionatum est antecedens effectum sub conditione futurum a voluntate creata, tamen ob eandem rationem non debet dici antecedens usum voluntatis create, sed concomitans, ut ibi declarabitur.

Alia responsio ad ultimam confirmationem non satis clare loquitur, nam primò inquit, effectum conditionate futurum respicere causam primam, non inquantum actu: vult concurrere, que invicem repugnant videntur; deinde nu. 416. ait, effectus conditionate futuros causari à præcedenti decreto Dei conditionato, quod statim repugnant videntur responsioni superius allate nu. 121. ex eodem Auctore, quod futura conditionata suam habent determinationem à decreto divino, non quidem actu existens, sed quod esset, si conditio tali futuri conditionati poneretur in esse; ergo hæc responsio ita intelligatur à respondente, ut cum ea coincidat, jam superius in hoc sensu remanet impugnata; si verò in alio sensu intelligatur, quod mirum futura conditionata suam futuritionem, & determinationem veritatem accipiant à decreto concurrendi indifferenter ad opposita, quatenus causa secunda libera sèper supponitur habere à causa prima concursum paratum, & indeterminate ad opposita, facilius impugnetur, quia tale decretum est indifferens, & indeterminate ad utramque partem; ergo quamvis tale decretum præsupponeret ad futurum conditionatum, non potest ab eo desumi determinatio futuritionis ad alteram partem, sicut ob eandem indifferenciam ipsi quoque Adversarii fatentur non posse desumi à causa proxima, quamdiu manet sub tali indifferencia; Tum quia ut superius dictum est, decretum de concursu parato, sicut & ipse concursus paratus ad utrumlibet, non spectat ad actum secundum, sed præcisè ad actum primum, unde non est de requisitis ad agendum, sed inter prærequisita numeratur, & constituit causam secundam in actu primo proxime potentem agere, vel non agere; concursus verò exhibitus, quo in actu secundo cum voluntate nostra concurrat, est ad alteram partem determinatus, & decretum de prestando talem concursum est de requisitis ad agendum, non autem de prærequisitis; ergo ex priori decreto minime attendi potest, quod creata voluntas sit operatur, vel non operatur, sive absolute, sive sub conditione, sed tantum ex posteriori; ex priori vero solum dici valet potens operari, vel non operari, si cum his, vel illis circumstantiis ponatur, ut adhuc ex sequenti ratione magis constat.

Sextò probatur nostrum assertum, determinatio voluntatis create respectu effectus futuri sub conditione, a quo supponitur dependere in esse creata volitio, v. g. quod Petrus sit confessus divine vocationi, si cum talibus circumstantiis, & in tali eorum ordine ponatur, est aliquid positum à parte rei; ergo sicut in tempore non elicit consensum sine actuali concursu Dei, ita neque ab eterno provideri potest, cum consensum, nisi dependere à decreto conditionato, quo scilicet decrevit, Petrum consensurum, si taliter vocetur; probatur consequentia, quia creata voluntas ob subordinationem essentiali causæ secundæ ad primam (tam ab ea dependet in quantum actu operans in tempore, quam ut prævia operatur ab eterno. Dices velle Dei, & decretum divinum supponi in hypothesi, quod scum velle agere Deus, dicunt enim, à Deo provideri consensum futurum Petri ex hypothesi, quod scum velit agere Deus, Contra, nam vel sensus illius hypothesi est, quod decretum efficace divine voluntatis includatur in ipsa antecedente conditione sub conditionali particulari, si ita sensus sit, prævidet Deus, quod si Petrus in his circumstantiis vocaretur, & si ipse vellet efficaciter scum concurrere, consentiret, & in hoc sensu verum est utique, ex illa hypothesi sic explicata salvari subordinationem essentiali causæ secundæ ad primam, & quod futurum consensum Petri suam futuritionem, & determinatam veritatem accipit à decreto conditionato Dei, sed in hoc sensu non explicat Adversarii illam hypothesim, nam ex tali explicatione sequitur, Deum præscire consensum futurum Petri conditionatum ex vi decreti sui conditionati, & consequenter scientiam conditionatam non antecedere decretum conditionatum, sed subsequi; Vel sensus illius hypothesi est, quod ex sola previsionem decreti de conditione antecedente effectum, quod scilicet si Petrus vocaretur cum talibus circumstantiis, videt futurum consensum absque previsionem illius decreti, virtute ejus consensum sit concomitans cum volente Petri sub illis circumstantiis potest, facta solum suppositione, quod velit Petro admittere cum concursu parato ad utrumlibet, in quo sensu solo volunt Adversarii, illam hypothesim debere intelligi; & quidem in hoc sensu scientia Dei conditionata præ-

126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

præcederet decretum conditionatum de connexione cōsensu futuri Petri cum ejus voluntate taliter vocata; sed non sal-
vatur dependentia consensus Petri à volitione Dei, quia non
admittitur Deus, nec etiam conditionate velle, quod Petrus
consentiat sic, vel sic vocatus; quare Petrus velle sine volitione
Dei, seu Deo non volente negativè. Dicitur ad huc salvari
consensum Petri prævisum, ut futurum pendere à voluntate
Dei, quia Deus scit, eum consenturum, si secum concurrere
velit. Contrà, quia vel loqueris de concursu solim parato, ita
ut sit sensus, Petrus sic vocatus est consenturus, si Deus præstat
concurrere paratū, & sic non salvatur dependentia consensus
futuri Petri à volitione Dei, quia concursus paratus spectat
præcisè ad actum primum non ad secundum; si verò loqueris
de concursu exhibitō, & ad alteram partem determinatō, qui
omnino necessarius est, ut Petrus alteram partem eligat de-
pendenter à Deo volente illam potius, quam oppositam, vel
intelligis, decretum de sic cōcurrēdo esse actū positum prius-
quam Petrus sit consenturus, & sic consensus prævidetur,
& sic bene salvatur determinatio voluntatis Petri ad alteram
partem dependenter ab actuali volitione Dei, sed hoc modo
præsentia de consensu conditionato Petri sequitur aliquod
decretum Dei actū positum, & non antecedit, ut Adversarii
pretendunt; vel intelligis, decretum de sic concurrēdo non
esse actū positum ante prævisionem consensus futuri Petri, sed
postea ponendum, si ponatur conditio, unde sequi supponitur
ex libertate Petri, & hoc minimè salvatur dependentia
determinationis voluntatis Petri ad alteram partem
à volitione Dei, quia divina volitio ponitur sequi ad
consensum Petri iam futurum, ac ut talem prævisum.

Resp. Penultimus ad hoc argumentum, licet alio modo for-
matum lib. 3. cap. 30. n. 9. & ait, quodam putare in eo latere
vim insuperabilem, cum tamen nullam eriam minimam vim
habeat, dicit itaque, quod nulla est entitas creata, que non
sit à Deo, etiam ipse influxus causarum secundarum in suos
effectus, non quod omnes causas secundas prædeterminet ad
suos effectus, sed quia totum esse, & tota vis causandi pendet
à Deo etiam dum actu operatur, & quia influxus secundæ cau-
sæ in effectum idem est omnino cum ipsa operatione ejusdem
secundæ causæ, quæ cum sit immediate cum à Deo, tum à crea-
tura, etiam ipse influxus secundarum causarum in effectū erit
à Deo quoad illius substantiam. Hæc responsio non solum nõ
evacuat argumentum, prout est à nobis supra formatum, sed
neque etiam ut afferretur in respondēdo, apud quem sic jacet, om-
nis effectus est posterior sua causa, & causa est prior effectū,
sed decretum divinum concurrēdi cum humana voluntate ex
hypothesi, quod ipsa velit operari, non est prius influxu huma-
næ voluntatis in sententia admittente scientiam mediā, quia
per hanc prævidet Deus, quod Petrus sit operaturus, si in tali
rerum ordine constitueretur, ante quodcumque decretū etiā
conditionatum de tali operatione futura; ergo decretum Dei
non potest esse illius causa; Non (inquam) per datam solutio-
nem tollitur difficultas, imò magis augetur, quia argumentū
non loquitur de causa secunda actu operante in tempore, sed
ut prævidetur operatura ab æterno; si ergo in tempore nõ potest
actu operari sine actuali influxu Dei; ergo neq; ab æterno præ-
videri potest, ut operatura nisi dependēderet à decreto, quo
cū ipsa deest nolle operari vel absolute, vel conditionate,
quod eò vel maximè dicendū est, quia causæ secundæ in tēpo-
re ita operantur, ut à divina providentia dispositæ sunt ope-
raturæ ab æterno; si ergo in tempore non operantur, nisi cum
actuali dependentia à Deo secum cooperatæ, ita neq; ab æter-
no sine prævisu operaturæ in tēpo- re sive absolute, sive cō-
ditionate, nisi cum dependentia ab actuali decreto Dei, quo
decevit se illis cooperaturum; quod si ante tale decretum
prævidetur illas operaturas, nulla esset necessitas, quod in tē-
pore egerent simultaneo influxu Dei, nam sicut ab æterno po-
tuerunt prævideri operaturæ independentes à volitione Dei,
ita quoq; possent actu in tempore operari sine tali dependentia.

Falsus dub. 17. cir. n. 429. & 430. breviter hæc argumenta
percutit, hoc quidem posterius sic adducendo, decretum di-
vinum, à quo pendet effectus conditionatus futurus, tanquā
à causa est illius ratio efficiens; ergo hic dicit ordinē ad illud,
ut jam prævisum; illud verò sic adducit ex Gonzalez, si ante
decretum Deus prævidet, quid nostra voluntas sit facta cō-
ditionate, tunc volitio illa, & concursus, qui ab illa pendet,
non esset requisitus à nostra voluntate concurreret, siquidē
prius præsupponeret cōcursum nostre voluntatis, quā esset
illa volitio absoluta in Deo. Et ad primum respondet concedo
concedendo antecedens, negando consequentiā, nil aliud addens.
Sed nescio, quia ratione hæc cōsequentiā negari possit, ad miso
namque antecedente, quod decretum divinum sit causa effe-
ctus conditionati, necessariò sequitur, quod effectus præxi-

stat, in auditum enim est, effectum præexistere causa præfer-
tum in genere efficientis causa, unde sicco nimis pede diffi-
cultatem petranit, ut nullius momenti.

Ad aliud vero inquit procedere est mala intelligētia liberæ
determinationis, & modò, quod ad illam concurrat prima causa,
arguens enim, ita loquitur de libera determinatione; ac si non
esset aliud, nisi ipse simpliciter concursus; ait ergo, quod in
antecedente præter Dei volitionem, & concursum creatæ vol-
untatis non bene distinguuntur alius concursus ab ea pendens,
requisitus, ut nostra voluntas concurrat; neque etiam præ-
supponitur prius concursus noster, quā volitio Dei, nam
hæc, ut indeterminata præsupponitur ordine causalitatis; &
ante concursum nostrū, & ante nostram determinationem li-
beram; ut determinata verò præsupponitur ante cōcursum
nostrum determinatum, & consequitur liberam nostrā de-
terminationē. Sed quicquid sit de modo loquēdi Gonzalez,
qui forte non errat non distinguens liberam Dei determina-
tionem à concursu, quem adhibet cum causis secundis, cum
sit idem omnino actus, ut ait Doctor 2. d. 1. q. 2. a. 1. princ.
quo decrevit mundum ab æterno producere in tempore, quatenus
illum utique voluit ab æterno, sed non pro æterno, unde
concursum, quem in tempore Deus exhibet causis secundis, dicitur
concursum extrinsecum, & volitio, quæ deest ab æterno
cum causa secunda producere talem effectum, dicitur cōcur-
sus intrinsecus; quicquid (inquam) sit de hoc loquēdi modo,
malè negatur ad argumentum, quod in adversariorum senten-
tia non sequatur, concursum nostrum volitionis præsupponi
volitioni Dei, nam si prævidet, quod Petrus esset consenturus,
si taliter vocaretur ante quodcumque decretum divinum actu
positum de tali futuro consensu, planè sequitur concursum
voluntatis Petri ad talem actum præsupponi volitioni Dei de
concurrēdo cum Petro ad talem actum; Et cum ait, volitionem
Dei, ut indeterminatam, id est, ad utramque partem
præsupponi ordine causalitatis, & ante concursum nostrū, &
ante nostram determinationem liberam, transeat, quia talis
concursum paratus spectat præcisè ad actum primum, quatenus
per immediatam dependentiam à prædicto concursu parato
voluntas proximè habet perfectam suam libertatem, & potē-
tiam completam in actu primo ad oppositos effectus, ut ipse
Fasol. declarat dub. 11. nu. 141. & 170. at hic est questio de
actu secundo, quo modo nimirum Petrus se possit determinare
in actu secundo ad volēdum, si taliter vocetur, ante quam-
cumque volitionem Dei de tali consensu conditionate futu-
ro, conditionato (inquam) ex parte objecti, sed absolute ex
parte actus, non enim, ut sic determinata dicitur in actu se-
cundo, sufficit dependentia à decreto de cōcursum parato, quia
præter hoc decretum indifferens, & indeterminatum ad utra-
que partem requiritur aliud speciale efficiac, & determina-
tum ex vi cuius applicetur in tempore divina virtus cum
causa secunda potius ad hunc effectum ponendum, quam op-
positum, & ab æterno respiciat unam determinationem partem,
& excludat oppositam, quia cum primam illud decretum sit
indifferens, & indeterminatum ad utrumlibet, vi illius ad
nullam determinationem partem comparatur, & ideo ex vi il-
lius nequit Deus ab æterno præscire potius hanc partem con-
tradictionis esse futuram, quam aliam, & in tempore non
posset divina virtus vi illius ita ad hanc partem applicari, ut
excluderet oppositam; & hoc etiam decretum determinatum
concedit Fasolus dub. 20. num. 498.

Cum tandem dicebat, volitionem Dei determinatam præ-
supponi ante nostrum consensum determinatum, sed cōsequi
liberam nostram determinationem; magis se declarare debe-
bat, puto tamen consequenter ad sua principia, quod loqua-
tur de volitione Dei absoluta, & pariter de consensu nostro ab-
solute futuro, concedendū enim Adversariis, futura ab soluta
sua talem futuritatem enim determinatam veritatem accipe-
re à divino decreto actu positō, & præexistente; & cum ait,
volitionem Dei determinatam consensui liberam nostram de-
terminationem, loquitur de nostra determinatione conditiona-
ta per scientiam mediā prævisā, ex qua prævisione postea
absque ulla nostre libertatis lesione absolute vult, & determi-
nat nostrum consensum futurum; Sed hic turtus recurrit diffi-
cultas, de hac nostra libera determinatione prævisā, quo modo
à divina volitione dependeat, quandoquidem ipsa in se est
quid positivum, ac in suo genere determinata, licet depen-
dentia à conditione, quod si dicat, hæc dependere à volitione
indeterminata Dei, ut te veta dicit, jam hoc immediate
supra impugnatum est, quia volitio indeterminata Dei, si vè
ejus cōcursum paratus spectat ad actum primum præcisè volu-
tatis nostre, nec ulterius protrahitur, tum quia est implicatio
in adjecto, quod libera nostra determinatio pendeat à volitione
indeterminata Dei, quia nemo dat, quod non habet, et ideo
licet

licet talis volitio indeterminata Dei præsupponatur libera
nostra determinationi, non tamen præsupponi potest ordine
causalitatis, ut ait respondens, quia causa indeterminata ut
sic, determinationem dare non potest. Dices, voluntatem
nostram seipsam determinare, & non ab alio determinari. Hoc
utique verum est, neque enim nos dicimus, ut Thomista,
quod voluntas creata egeat aliqua physica prædeterminatione
ad actum primum spectante, ut possit se determinare, &
exire in actum secundum; ut constat art. seq. ad huc tamen
verum est, quod eger concursus simulaneus, & concomitanti
spectante ad actum secundum, & quod nequit se determina-
re ad unam partem excludendo aliam, nisi secum concurrente
prima causa concursus determinato ad illam partem cum
exclusione alterius, quod fieri nequit per concursum indiffe-
rentem nullam partem de se excludentem; sicut ergo causa
secunda non minus à prima dependet, quatenus actu operans,
quā ut operatura, planè videri nequit, ut operatura, nisi
dependet ab aliqua Dei volitione, quæ concurrere deceat
cum causa secunda ad talem operationem, & in hoc tota
huius argumenti consistit energia.

Postremo explicari non potest, quid sit hoc esse, quod dicitur
ante decretum Dei, ratione cuius possit fundare distinctam
veritatem à possibili, & actu terminare distinctam scientiam
in Deo; cum enim hoc nunquam fit extra causas exiturum
in aliqua temporis differentia, alioquin non conditionatum
futurum esset, sed absolute, non videretur explicari posse,
in quo illud cognosci possit à Deo, si non cognoscatur in ipso
decreto Dei.

Respondet Amicus sec. 12. in fine esse conditionatum possum
esse in coherentia consequentis eum antecedentes, aut ex
vi formalis illationis, ut in necessariis, aut ex suppositione
causæ liberæ ponentis consequens ad positionem antecedentis,
ut in contingentibus, hoc autem diversum quid est in
conditionatis contingentibus ab esse possibili, quia possibile
non dicit unam partem determinatam, sed utramq; indifferen-
ter; unde futurum conditionatum eo modo, quo supponit
determinatum esse sub conditione, habet determinatam ver-
tatem, & cognoscibilitatem. Hæc solutio vim argumenti
non tangit, si namque habent hæc futura conditionata suam
determinationem esse, ac determinatam veritatem, & cognoscibi-
lilitatem, vel cognoscuntur à Deo in seipsis, vel in aliquo de-
creto præsupposito, unde talem accipiant veritatem; non
primum, quia tale esse nunquam est exiturum extra causas,
adeo ut dici possit divinus intellectus præcurrēdo tempora
attingere illud esse reale, quod habebunt in aliqua temporis
differentia, ut de futuris absolute dicere solent; neque se-
cundum, cum ipsi negent omne tale decretum præsuppositū
futuro conditionato, ergo explicare non possunt, quo modo
tale futurum cognoscatur à Deo.

Respondet Fasolus dub. 13. nu. 248. solum de purè possibili
verificari, quod nullum habent esse in seipsis, sed solum
in suis causis, futura verò conditionata, quia sunt vera ali-
qua ratione in seipsis futura, nempe si poneretur conditio,
ita secundum tale esse in seipsis possunt terminare divinam
cognitionem; & sicut omnes dicimus, futurum absolute,
quamvis non sit actu præsens, tamen esse quid in se determina-
tum, quia erit aliquando actu præsens hoc, & non aliud; ita
dicendum est, futurū conditionatum esse quid in se determi-
natum, quia est nunquam erit actu præsens, tamen verissime
esset actu præsens hoc, & non aliud, si poneretur conditio; &
sic etiam dicitur Lessius opus. de auxiliis cap. 20. nu. 7. sicut
existentia, quam suo tempore futura absoluta habent, est
causa, cur ab æterno sint objective determinata, ita pariter
existentia, quam futura conditionata habent suo tempore
posita hypothese, est causa, cur ab æterno sint objective deter-
minata, ita quoque Ariaga disput. 21. sec. 3. num. 19. Sed jam
ait, præcedent. num. 103. & 105. ostendi, hunc modum cog-
noscendi futura in seipsis esse insufficientem facta præcisi-
one à divino decreto, etiam loquendo de futuris absolute; et
nunc addo, quod quando hic modus esse sufficiens pro cog-
nitione absolute, nequaquam tamen sufficiens esse po-
tuit pro noticia conditionatorum, quod sic ostendit quando
enim Adversarii ajunt, futura absolute cognosci in seipsis et-
iam facta præcisiōe à divino decreto, intuitivè à Deo, red-
dunt rationem, quia non semper opus est, quod intuitiva
cognitio terminetur ad objectum in se tunc actualiter præ-
sens in propria existentia, ita quod in eodem instanti de-
beant coexistere simul, sed sufficit, quod per eam attingat-
ur esse præsens actuali existentia, quod aliquando tes habe-
bit extra causas; & hoc modo dicunt, Deum habere notitiam
intuitivam futurorum, quia licet modo Antichristus non

existat, tamen intuitus divinus, qui unico ictu in nunc æter-
nitatis fertur super omnes tempora differentias, preveniens
quodammodo rei eventum, videt illud esse, quod habebit
Antichristus, quando erit in rerum natura, ita rem sæpe
declarant, & præfertim Pennorus lib. 3. cap. 5. num. 10. ex
D. Thom. par. 1. quæst. 14. art. 13. Sed hic modus cognoscen-
di futura in seipsis, licet sufficiens esset pro certa, ac intu-
itiva cognitione futurorum absolute, tamen nequaquam
sufficere potest pro noticia conditionatorum facta præcisi-
one à divino decreto, & hoc manifestè constat ex præfata de-
claratione illius modi, nam in tantum dicitur Deus ab æterno
intuitivè cognoscere futura, quia præcurrēdo tempora at-
tingit existentiam realem determinatam, quam in aliqua
temporis differentia sunt habitura; cum ergo futura condi-
tionata in nulla temporis differentia sint talem determina-
tam existentiam habitura, planè consequenter ratione illius esse
se ab æterno objective Deo præsentia, ut dicitur de absolute
futuris. Nec juvat dicere, futurum conditionatum esse quid
in se determinatum, quia est nunquam erit actu præsens,
tamen verissime esset actu præsens, si poneretur conditio. Nam
sicut secundum ipsos formales, & præcisiō ratio, cur Deus in-
tuitivè videat in seipsis futura absolute, est existentia, quam
semel sunt habitura pro aliqua temporis differentia; cum
hanc futura conditionata nunquam sint habitura; non pot-
erunt hac ratione videri in seipsis à Deo intuitivè, etenim in
causis præcisis, sicut affirmatio est causa affirmationis, ita
negatio est causa negationis.

Confirmatur, quia futura conditionata nunquam erunt in
seipsis præsentia realiter extra causam suam; ergo nulla ratio-
ne in seipsis dici possunt objective Deo præsentia ab æterno,
nam hoc intantum dicitur cum veritate de futuris absolute,
quia vera aliquando talem existentiam habebunt; hæc au-
tem existentia sola est sufficiens objectum terminativum di-
vinæ visionis intuitivæ, non autem existentia, quam res habe-
ret, si talis conditio poneretur; Tum quia noticia intuitiva
dependet ab hic, & nunc, ut dicitur Philosophi, id est ter-
minatur ad existentiam rei in se præsentem in certa temporis
differentia, sed existentia futurorum conditionatorum ab-
strahit à tali certa temporis differentia, ergo talem non ha-
bent existentiam, & determinationem, qualis requiritur, ut
possint in seipsis à Deo intuitivè videri, sed omnino recurren-
tem est ad divinum decretum conditionatum, in quo vide-
antur, & à quo habent suam determinationem veritatem, &
cognoscibilitatem; Ex quo patet, in principiis etiam Adver-
sarium magis desiderari decretum divinum pro certa cog-
nitione futurorum conditionatorum, quam absolute, nam
absoluta, cum sint aliquando habitura exercitiam exist-
entiam, hæc poterit esse causa, cur ab æterno sint objective
determinata, & intuitivè à Deo cognoscibilia in seipsis facta
præcisiōe à decreto; quod cum dici nequeat de futuris condi-
tionatis, opus est omnino recurrere ad divina decreta, à
quibus suam determinationem accipiant futuritatem, & verit-
tatem, secundum quam possint à Deo certo, & infallibiliter
cognosci, unde merito Suarez fatetur lib. 2. de scientia Dei
c. 7. n. 2. hæc esse difficultatem præcipuam in hac materia. Pos-
set ulterius scientia mediā Neutralium aliarationibus, & SS.
Patrum auctoritatibus rejici, sed quia tangunt materiam de
auxiliis divine gratiæ, de qua in lucem aliquid edere à Sede
Apostolica veritum est, libenter ab eis abstinco, sicut & art.
seq. faciam agendo contra decreta antecedentia Thomista-
rum, aliquas tamen adducam quæ sequar. 2. à n. 233.

ARTICULUS QUINTUS.

Occurrit Objectionibus pro scientia mediā.

In oppositum argunt Neutrales, scilicet Doctores Socie-
tatis, quamvis enim, ut ab articuli initio dictum est, 133
concedant, futura absolute accipere futuritatem, & deter-
minationem absolute à decretis divinis absolute, & ex
vi eorum certò, & determinatè cognosci; primariam
tamen radicem talis certitudinis dicunt esse sumendam ex
hoc, quod divinus intellectus antecedenter ad quodcumque
decretum tam absolute, quam conditionatum esse altitu-
dine, & eminentia sui acumini infinitè cognovit; quid volu-
tas creata factura esset, si poneretur in hoc, vel illo rerum ordi-
ne, ex hypothese, quod Deus suum cōcursum præstaret, ex tali
enim prævisione ejus tuncque eventus postea tales, evens esse ab-
solute futuros purificata conditione, tam ex parte actus, quæ
ex parte objecti, & ex vi horum decretorum absolute videt
scientia visionis, quod creata voluntas in tali ordine rerum
con-

constituta facit hoc, vel illud determinat, & absolute; quia ergo divina voluntas decernit absolute, eventus liberos a voluntate creata in tempore futuros, eod quod antecedenter cognovit, illos conditionate ab ea futuros pro sua libertate, dicunt: certam notitiam futurorum absolutorum haberi quidem proxime ex decreto divino absoluto, primario tamen, & radicaliter haberi ex determinatione conditionata, quam in seipsis habebant ex innata libertate voluntatis creatae.

Primo itaque hunc modum cognoscendi futura absoluta in divino intellectu probat Ariaga disp. 20. sect. 4. discursu supra relato num. 109. ab initio articuli; etenim eo ipso, quod Deus sciat hac duos vocaverit Petrum tali die, respondebit, & sciat, se velle eum vocare, necessum est, ut inferat statim, ergo absolute respondebit; ergo medium, in quo Deus futura contingentia absoluta cognoscit, est ipsa scientia conditionata simul cum conditione efficaci Dei, quae est ab aeterno deponenda ea voluntate.

Respondet hunc modum cognoscendi futura absoluta in Deo admittendum non esse, primo quia est modus cognoscendi discursivus saltem virtualis, et ipse Ariaga fatetur, qui multis displicet, nec approbat a Scoto p. d. 39. s. v. *viso de contingentia*, deinde quia conditionalis illa, si vocaverit Petrum tali die, respondebit, ante quodcumque decretum divinae voluntatis saltem conditionatum nequit habere determinatam veritatem, secundum quam posset obiectum constitui certi, & infallibilis iudicii Dei, ut supra probatum est; nequit enim voluntas Petri se se determinare ad respondendum, nec absolute, nec conditionate, nisi dependeret a divina voluntate, tanquam a causa prima: quare cum in illo omnino primo signo, in quo illa conditionalis offertur divino intellectui, nullum adum supponatur habere divina voluntas circa responsonem Petri conditionate futuram, plane illa propositio offertur divino intellectui, ut omnino neutra, ac indifferens. Nec juvat dicere, velle Dei, & decretum supponi in hypothese, quod vellet Deus concurrere; nam hic modus agendi, & sciendi, si vellet, imperfedus est, & omnino Deo incongruus, quandoquidem Deus non ex eo, quod si vellet, novit aliquid futurum, sed quia vult; et tunc quia illud si vellet nullum adum ponit divinae voluntatis, sed supponit ponendum sub conditione, quare si ex hac sola hypothese Petrus respondebit plane independenter a Deo; peccat etiam ille discursus ob dicta num. 100.

134 Secundo arguit Fasol. art. 13. dub. 12. ex Patribus doctibus causam, propter quam Deus praevidet futura contingentia, esse ipsamet res futuras, & nullam prorsus aliam facientibus mentionem, aut de eorum coexistentia in aeternitate, aut de causis, aut de divinis ideis, aut decretis; ergo cognoscuntur a Deo praesens ob determinatam veritatem, quam habent in seipsis ex hoc, quod aliquando habebunt esse determinatum, & ratum, quando a causa proxima liberta ponentur in esse. Respondet ex dictis. 90. Patres sic loqui, ut ostenderent praesentiam Dei non imponere rebus necessitatem, quia scientia visionis in Deo non est causa rerum, cum res jam futuras supponat; falsum tamen est, Patres non facere mentionem de divinis decretis, a quibus res futurationem accipiant; quamvis enim dicant, non ideo res esse futuras, quia Deus praescivit esse futuras, nunquam tamen negant, esse futuras, quia Deus vult, esse futuras; imo conceptis verbis ubique hoc fatentur, sicut ex sacra scriptura didicerunt, Rom. 13. *quaecumque sunt, a Deo ordinata sunt* operatur omnia secundum consilium voluntatis. sive ad Ephes. 1. unde Aug. in Enchirid. nihil sit, nisi Deus fieri velit; licet ergo Patres, quando loquuntur de futuris contingentibus, excludant praesentiam, tanquam causam; nunquam tamen excludunt divinam voluntatem, adeo ut citra ejus nutum possit a divino intellectu praevideri aliquid futurum, nec absolute, nec conditionate.

135 Tertio ad idem arguit Fasol. ibidem ratione, futurum contingens licet habeat causam indeterminatem, tamen in seipso, seu in sua existentia reali, & actuali est aliquid determinatum, & consequenter determinat futurum a sua causa indeterminatem; hac enim licet habeat potentiam ad utrumlibet disjungendum, non tamen conjunctum, & ideo, cum agit, determinate se debet ad aliquod unum, sub qua ratione dicitur habere determinationem in suo effectu; ergo futurum contingens in seipso consideratum, seu in sua existentia actuali est quid determinatum, & futurum determinat, etiam per ordinem ad suam, in quantum scilicet causa indeterminate se determinativa est ad hoc futurum, non ad aliud; ergo sub tali ratione est obiectum ab aeterno, & infallibiliter scibile in seipso a divino intellectu absque alio medio, unde determinatam accipiat veritatem.

Respondet negando ultimam consequentiam cum conse-

quente quoad ultimam partem, quoniam ut constat ex dictis num. 103. & sequ. futura non solum habent rationem praesentis, dum existunt, sed etiam futuri, & praeteriti, dum non existunt, quare non solum novit ea Deus, ut in sua praesentia existentia, sed etiam ut futura, & praeterita pro reliquis temporibus, in quibus non sunt, quamvis autem praesentia illa obiectiva futurorum ab aeterno secundum esse reale, & actuale, quod habent pro tali temporis differentia, sufficiat, ut a Deo cognoscantur, ut sic praesentia in aeternitate; non tamen sufficit, ut cognoscantur sub aliis rationibus, nempe futuri, & praeteriti pro aliis temporibus, in quibus non sunt, atque ideo praesentia illa obiectiva non est sufficiens ratio, ut certo cognoscantur futura contingentia secundum omnem modum, quo cadunt sub divina cognitione; Tum quia facta praesentia a divino decreto, neque etiam cognosci possunt futura secundum existentiam realem, & actualem, quam in tali habebunt temporis differentia, quia cum talis existentia sit a divino decreto dependens, & hoc non sit temporaneum, sed aeternum, plane pro certitudine omnium divinarum cognitionis ad aeternum decretum est quoque recursum; Verum tamen est, ut notavit etiam ipse Fasolus dub. 17. n. 426. & dub. 19. n. 462. ne fiat confusio in terminis, hic distinguendum esset de ratione cognoscendi futura ex parte cognoscentis, & ex parte obiecti cogniti, id est, per quod medium procedat cognoscentis ad cognoscendum futura, & unde habeat obiectum cognitum, ut cum propter suam contingentiam possit esse hoc, & non hoc, tamen fit, & consequenter etiam cognoscitur esse hoc potius, quam non hoc; existentia illa actualis, quam habet futurum in tali temporis differentia, & praevient Deus intuitu suo, est utique ratio terminativa, seu secundum quam futurum certo, & infallibiliter terminat divinam cognitionem per modum obiecti secundarii, ut dictum est supra n. 101. ratio tamen, & medium, per quod procedit Deus ad cognoscendum futura esse ipsum divinum decretum de eorum futuratione, ut etiam Fasolus ipse concedit n. 426. cit. dum ait, effectum liberum determinationem non posse a Deo cognosci in sua essentia, tanquam in obiecto motivo, nisi determinata per suum liberum decretum determinatum, non quidem antecedens determinationem causae creatae liberae, sed concomitans modo inferius explicando art. 4.

Quarto omne, quod habet determinatam veritatem est a Deo certo cognoscibile, sed futurum contingens antecedenter ad quodcumque divinum decretum habet in seipso determinatam veritatem ratione existentiae actualis, quod aliquando certo habebit in rerum natura; ergo, &c. Major patet: probatur minor, quia, ut aliquid sit determinat futurum, sufficit, quod in aliqua duratione subsequenti sit praesens, eo enim ipso in omni duratione antecedente est determinat futurum, & verum est dicere hoc contingens erit, sed futura contingentia erunt in aliqua duratione praesentia, vel absolute, vel saltem sub conditione, ergo in omni alia antecedente erant futura determinate ante quodcumque decretum.

Resp. negando minorem, ad cuius probationem nego majorem, quod scilicet ad hoc, ut aliquid sit determinat futurum sufficiat, quod in duratione subsequenti sit praesens, praeter hoc enim requiritur, ut ab aliqua causa habeat determinationem futuri, & cum haec esse nequeat determinatio actualis causae secundae, cum haec actualiter non habeatur, nisi per actualem positionem effectus, erit determinatio, actualis causae primae facta ab aeterno, in qua etiam virtualiter involvitur determinatio causae secundae, cum non sit determinatio ejus libertatis usum antecedens, sed concomitans, ut dictum est supra num. 105. ubi observandum est, quod licet hoc argumentum fiat ab Adversariis praesertim de futuris conditionatis, ut ostendant illa determinatam habere veritatem, ante quodcumque decretum, tamen, quod bene probe de futuris absolutis, quod antecedenter ad decretum absolutum Dei essent determinate, & absolute futura, unde, & in signo possibilitatis creaturarum essent etiam res futuri, quod neque ipsi concedunt. Dices, de quolibet futuro contingenti ante quodcumque decretum formari possunt duae contradictoriae; ergo opus est, alteram esse determinatam veram, & alteram determinatam falsam, cum inter eas nequeat dari medium; sed omnis veritas determinata est a Deo cognoscibilis; ergo antecedenter ad omne decretum in seipsis illas cognoscit. Resp. hoc etiam argumentum aequè concludere de futuris nedum conditionatis, sed etiam absolutis, quae tamen ipsi quoque Adversarii concedunt, ante decretum absolutum veritatem absolute non habere; itaque negatur assumptum, quia ut docet Doctus p. d. 39. s. v. *viso de contingentia*, & quol. 14. s. *hic intelligendum est*, cum propositiones contingentes non habeant ex natura rei, & ex seipsis determinatam veritatem, & falsitatem, ante divinam decre-

decretum sunt omnino neutre indifferentes, ac indeterminatae; regula vero logica valet de propositionibus in materia necessitata veritate, vel falsitate, habentibus ex natura extremorum, non autem in materia contingenti, nisi post determinationem causarum extrinsecam, a quibus pendet determinata earum veritas, vel falsitas, ante quam nulla est determinata vera, vel determinata falsa, sed tantum diffinitiva. & indeterminata; Sed quia haec communis responsio aliquando patitur difficultate secundum rigorem logicum, pro exacta ejus solutione videnda sunt quae de hoc diximus loquendo in rigore logico disp. 9. log. q. 1. art. 2. n. 19. explicando naturam contradictoriorum, ubi in terminis haec difficultas adducitur, & solvitur.

137 Quinto, nequit divina voluntas salva libertate creata absolute, & effecienter determinare omnes adus determinate futuros a causis liberis, quoniam prius ante huiusmodi decretum certo sciat saltem conditionate quid pro sua libertate unaqueque faceret pro quolibet rerum ordine ex hypothese, quod vellet Deus cum eis concurrere; ergo ante omne decretum absolutum novit Deus futura continentia in seipsis saltem conditionate; atque ideo scientia media praerogativa, ut prima ratio ad habendam certam notitiam de futuris absolutis, nam futura absoluta, sunt illam futura, quae praevia fuerunt sub conditione, qua purificata conditione sunt absoluta; probatur assumptum, nam si absolute Dei decreto, vel creata voluntas potest in oppositum, vel non, si secundum, ergo non agit ut libera, etiam non possit in oppositum, si primum, praeter quam quod redderet inefficax decretum Dei, efficeret creata voluntas adum imparticipatum, cum Deus supponatur habere ex vi decreti stantis concursus exhibitum ad oppositum adum. Conf. quia si saltem conditionate non sciret Deus, omnia futura ante decretum, impossibile esset, illa velle postea absolute futura, quia voluntas non fertur in incognitum, vel saltem illa caeco, & confuso modo decerneret futura, quia nullo modo praecognita sunt, ut talia; quod argumentum tangit Suarez cap. 6. nu. 6.

Resp. negando assumptum, nam per tale decretum impediretur usus libertatis, si poneretur antecedens, & non concomitans creatam voluntatem, ut ponitur a nobis ex dicendis art. 8. ad probationem dictimus, stante illo decreto non posse in oppositum in sensu composito, sed tantum diviso; neque hoc tollit libertate creatae voluntatis, aut ejus usum impedit, quia cum non sit decretum antecedens, sed concomitans, id est simul involvens determinationem voluntatis creatae ob ejus virtualitatem, & eminentialem continentiam in voluntate divina secundum omnem volendi modum, ac differentiam agendi, haec nec efficit nisi solum consequentia, & suppositionis, quae cum sit in potestate etiam creatae voluntatis ratione dictae concomitantiae, nullatenus impedit usum libertatis ejus. Neque ex hoc, quod possit in oppositum adum in sensu diviso, sequitur, quod efficeret adum imparticipatum, quia licet Deus ab v. g. no. determinaverit concurrere determinate ad adum amoris v. g. quomodo voluitur est voluntas creata in tempore pro sua libertate, semper tamen supponitur habere ante tale decretum aliud generale decretum, quo cuiusque causae liberae offert concursus paratum ad utrumlibet spectans ad actum primum, ratione cuius in sensu diviso potest in oppositum ejus, quod determinatum est, scilicet in actum odii, atque ideo talis adus non esset imparticipatus; talis autem effectus, si eo ipso, quod Deus determinat concurrere cum creata voluntate ad actum amoris concursu determinato ad talem actum, denegaret concursus ad oppositum, tunc enim utique divinus concursus sub tali determinatione acceptus non relinquere in voluntate creata potentiam ad oppositum.

Ad Conf. negatur consequentia quoad utramque partem, 138 quamvis enim, priusquam fiat, Deus effectum a voluntate creata futurum, non cognoscit, quid illa sit determinate factura in hoc, vel illo rerum ordine constituta, nec absolute, nec conditionate, nihilominus per naturalem scientiam cognoscit, cum his, vel illis circumstantiis constitutum posse hoc, vel illud fieri, & post decreta conditionata videt per scientiam conditionatam, quid determinate faceret, si in hoc ordine rerum constituta, vel illo, unde statim purificata conditione de illa ponenda in tali rerum ordine virtute precedentium cognitionum sapientissime statuit, quod in tali rerum ordine postea fit hoc factura, & non illud, decreto non quidem antecedenti, sed merè concomitanti libertatem creatam, unde non determinat voluntate creatam ad hoc faciendum, sed potius fecit determinat effectum ad ea futurum. Tum etiam quia per eandem scientiam naturalem, & simpliciter intelligentiae cognoscit voluntatem fieri divinam ob virtutalem, & eminentialem continentiam creatae voluntatis in ipsa secundum totam latitudinem activitatis ejus, & secundum omnem diffe-

Maffrii in sent. Tom. I.

rentiam volendi, & nolendi, cognoscit (inquam) ob ejus talem infinitatem in genere potentiae volitive posse coincidere in eandem prorsus determinationem, in quam caderet humana voluntas, si per impossibile se sola posset agere, & seipsam determinare independenter a Deo; & ideo non a causa, sui caeco, ac confuso modo, sed summa, & infinita scientia, & providentia determinat ab aeterno omnes eventus liberos nostra voluntate futuros. Alia argumenta vero, quibus probant Neutrales, futura conditionata praescripta a Deo ante quodcumque decretum etiam conditionatum, solventur quae sequi in qua de futuris conditionatis separatim agemus, hic enim de ipsis agimus solum, quatenus purificata conditione sunt absoluta futura.

Vix ista se ipsam, cum video Fasolum dub. 17. citat. nu. 319. pro sua sententia de scientia media referentem aliquid querendam (ait ipse) doctissimum Scotistam Antonium Cordubensem in suo questionario lib. 1. q. 55. dub. 19. resp. 6. ubi ait, non prius origine naturae voluntatem divinam etiam ab aeterno velle, aut se determinare ad concurrentem actualiter in tempore cum nostra voluntate ad hunc, vel illum actum particulatim producendum, sed postquam nostra voluntas praevia, aut praecognita est, quod se tali tempore determinabit ad volendum, vel nolendum, tunc, & non ante divina voluntas se determinat ab aeterno ad volendum concurrere pro tali tempore cum nostra voluntate ad eosdem actus particulatim quoties, & quando nostra voluntas voluerit, & a tali concursu cessare, quoties, & quando ipsa praevia est, quod cessabit; & ratio hujus est, quia nisi sic Deus faceret ab aeterno decrevisset, utique non bene salvaretur libertas nostrae voluntatis simul cum concursu divino; ita Cordubensis ex Fasolo loc. cit. ubi proinde hoc testimonio Scotistas invitans ad scientiam mediam amplectendam (inquit) debet moderari Scotista, quem sequantur eminentissimi ejusdem Ordinis, ac Scholae Theologorum.

Verum Auctor ille nedum Scotista non est, sed Scotum ipsum expresse, & nominatim impugnat in fine illius 6. resp. in hac ipsa opinione de cognitione futurorum in decreto divinae voluntatis dicens, ejus opinionem esse falsam, & insufficientem, cui inferius occurrit; Tum quia q. 56. ab initio gloriatur, Magistrum habuisse Medinam non Scoti, satis inquit inconfutibile proponit nobis Fasolus hunc Auctorem, ut doctissimum, ac eminentissimum Scotistam, quem sequamur in re tam gravi. Tum quia Fasolus ipse immediate supra n. 316. ingenue fatetur, scientiam media apud Scoti nullibi expressam inveniri, imo potius oppositum docuisse, quod futura contingentia videatur a Deo in sua voluntate efficacia, ita quod secundum Scoti ratio propter quam divina essentia indifferens ex se ad ostendendam utramque contingentiam partem, ostendat, ac representet divino intellectui hanc partem, & non aliam absolute futuram, est sine dubio divina voluntas determinat volens concurrere ad hanc partem determinatam, non ad aliam, non quidem voluntas divina determinata antecedenter, quia causa secunda libera praedeterminetur, sed determinata concomitanter, seu consequenter ad determinationem causae secundae, ex qua determinatione divinae voluntatis statim, & primo, ac immediate intra ipsum Deum intelligitur determinata sufficienter divina essentia ad representandum hoc contingens absolute futurum, & non oppositum; Et haec interpretatio (subinfert Fasolus) recipienda est ab illustrissimo Scotistam Schola, tum quia vera in se simpliciter est, & facillima, & acuta, ac proinde digna ingenio subtilissimi Doctoris, tum quia non recurrit ad scientiam mediam, seu conditionatam, cuius mentione turbari nonnunquam vidi doctos aliquos Scotistas, qui eam in Scoti libris expressam non habent. Quem plane discursum in isto doctissimo Societatis Jesu Auctore, & in doctrina tum D. Thomae Scoti veratissimo, non sine ingenti animi gaudio legi non semel, & relegendum video clarum, & germanum, quem semper Scoti esse putavi sententiam brevibus ab extraneo Auctore alteri sententiae aliquoquin addidit declaratam, & enucleatam, & approbatam, tanquam veram, facilem, & acutam, ac ingenio subtilissimi Doctoris omnino dignam, factum patet ingenue, concomitantiam divini decreti absolute peti posse, ac declarari, quae ex scientia media, ut declarare solent ipsi Jesuitae; haec enim est ipsissima, & vera Scoti sententia, qua tenentur veriores Scotistae, ut pote quae ex ejus principis manifeste deducitur, & inter moderniores Scotistas nostri temporis fuit, ac dilucide declaravit P. Magist. Joseph Neopalis a Drepano vir eruditissimus, & in Scoti doctrina veratissimus in suo tractatu manuscripto de concordia concursus primae causae cum secundae, quae postea, & quoad sententiam, & quoad verbum, licet nulla de ipso facta mentione gratitudinis ergo, secutus est Valpes. 2. r. p. disp. 30. & de quo ex professo agemus art. 8.

K Ad